

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Cognatio carnalis. à. n. 323.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

**R.** Negative ex Trid. lett. 24. can. 9.  
quis dixerit, Clericos in sacris ordinibns consi-  
tos, vel Regularis cœpitare in solemniter profi-  
sse matrimonium contrahere, contractum que-  
lendum esse, non obstante lege Ecclesiæ vel voto,  
athema sit. Et ratio est: quia qui se totum  
dit uni, non potest se tradere & obligare alii  
atque hujusmodi per votum solenne castum  
corpus suum tradit Deo totum, Ecclesia  
non in solemniter acceptante, ergo non  
est illud tradere alteri in Matrimonio  
ac consequenter dirimunt Matrimonium seque-  
ram Religiosi, quam Clerici in sacris con-  
tutti.

### Cognatio Carnalis.

#### CONFERTIA. XXIV.

**323.** **L**utheranus junxit sibi Matrimonio so-  
lis suæ Neptem, seu Filiae sororis filiam  
post factus Catholicus quæsivit ex Parochio  
num sibi licet contrahere cum alia, super  
te sua uxore hæretica sibi cognata in tertio g-  
du Lineæ collata alis inæqualis.

**R**edit parochus, omnino ipsi id licere pro-  
ter impedimentum Cognitionis antecedens  
Matrimonium dirimens; An bene, Re-  
dubitandi est, siquidem hoc impedimentum  
est juris Ecclesiastici: adeoque non vide-  
ligare hæreticos Ecclesiæ non subjectos.

**RESOLUTIO.** Parochus bene respon-

Neophyto, ipsi licere progredi ad secundas nuptias celebrandas. Ita Gobat, Tract, 9. de impedimentis matrimonij, Casu 1. sect 1. referens profe Less. Suar. & plures alios, contra plur. s. Probatur: Et enim talia connubia [cum impedimento Juris Canonici] non valent nisi accedat approbatio, vel ad minus dissimulatio tacita Summi Pontificis, ut admittit sententia opposita, atqui non presumitur Pontifex vel Ecclesia consencire in hujusmodi consuetudine, aut eximere illos à communi legge, cum sint rebelles Ecclesiae, neque ullum hac in re favorem aut benignitatem mereantur, neforte ex sua contumacia commodum reportent: & sane mirum esset, Hereticos exemptos esse à jejunii, festis, impedimentis Matrimonii jure Ecclesiae inductis, ex eo, quod Ecclesiae Authoritate contempra aliam hastenam consuetudinem observarint: igitur, &c.

Major. ut dixi, est partis oppositae nitentis in consuetudine contraria Hereticorum, & in presumpta concessione, aut saltem dissimulacione tacita Ecclesiae vel Summ Pontificis. Min. vero probatur: nam si frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem, cap. bonae 23. de Elect. à potiori precluditur spes omnis favoris aut indulgentiarum Pontificiarum illis, qui omni ratione conantur Pontificem spoliare sua potestate, eumque vocitant, sen-  
tunt,

tiunt, de prædicant & scribunt, esse Antichristum: hoc autem palam est facere Hæreticos modernos: ergo minimè præsumendum est. Pontifices cum hujusmodi rebellibus dispensare, aut etiam dissimulare super impedimentis à se latis pro universa Ecclesia. Coristi. Primo. si enim Princeps politicus haberet disponere de valore Matrimonij, hic certe nunquam probaret matrimonia inita à rebellibus subditis, qui ipsius everisonem & necem quærerent, ergo idem dicendum de summo pontifice respectu hæreticorum. Confirm. secundo, Clemens VIII. expresse damnavit Matrimonia contracta [coram] Prædicantibus (de quo infra) sed nemo censetur tacite approbare, quod expesse improbat: igitur &c. Confirm. tertio. Quia Congregatio Ca dinalium, ut refert Gallemart. in Trid. 24, sess. cap. 40. expresse declaravit, non esse dispensandum in Matrimonio contracto inter Hæreticum & Catholicam Iunctos aliquo gradu Cognationis aut affinitatis gradu, vocat que hæc matrimonia Exitialia, irrita, null. Sed cum Patronis sententiæ oppositæ

Dices Primo. Longa consuetudo est in contrarium: Ergo iam præscripta, valida esse matrimonia Hæreticorum cum impedimento cognitionis in tertio & quanto gradu.

CON.

*Contra*: Consuetudo non potest tollere vim legis, nisi ex racito vel expresso consentu Principis: sed ex dictis Ecclesia vel Summus Pontifex non potest presumi in dictam consuetudinem consensisse: Igitur &c.

Dices secundo Secundum communem Theologorum, leges etiam Ecclesiasticae pendent ab acceptatione populi: Sed Hæretici non acceptarunt has leges irritantes Matrimonia: Igitur &c. &c. dist. M. pendent ab acceptatione populi morigeri, & ex rationabili causa conc. M. populi repellis, & sine tali causa neg. M. & eodem modo dist. M. neg. conseq. Unde addit Suar. Nemo potest eximi ab obedientia propter inobedientiam: Igitur Hæretici non obedientes legi Ecclesiæ, ab ea nullatenus eximuntur, petet, quid si prior uxor fieret etiam Catholica, vellerque cohabitare Marito suo converso? &c. Fote admittendam, & cum dispensatione Reverendissimi Ordinarij ex utraque parte petendus novus consensus. Ita praxis.

### Crimen.

### CONFERTIA. XXV.

Quidam Confessarius in Ecclesia Miraculo-  
sæ Virginis excipiens Confessiones pereg-  
rinationum narravit se pro una eademque vice  
habuisse tres seqq. casus. Primus fuit viduæ,  
quæ cum spe & promissione Matrimonij sa-  
pius habuit copulam cum uxore, tandem  
mortua uxore actu contraxit cum adultero.

O

Se-